

R.  $\nabla$  *verbena, solani, rosarum, melisse a. ℥iij.*  
*sem. papav. albi ℥β. nucleor. persicor. cerasor. a. ℥β.*  
 f.l.a. Emulsio. Adde

Ⓞ *xiati fixati ℥i.*

M. in fictili. S. *Russerlicher Umschlag zum Haupt.*

Excipiatur fasciâ quadruplici lineâ, frontique adplice-  
 tur.

R. *unguenti de alabastro ℥ii. extracti opii thebaici ℥β.*  
*essent. croci orientalis gr. xi. Ⓞ succini, angelica a. gr. vii.*  
 M. in pyxide eleganti. S. *Schlaff Balsam.*

*Pediluvia intemperiem humorum emendare valent, impetuofumque eorum raptum ad cerebrum refrenare. Præparari possunt ex herbis cephalicis & aliis vulgaribus cum aliquot capitibus de papavere, delirantibusque adplicari circa noctem.*

Reliqua symptomata, quæ insequuntur, immoderatæ excretionis & alia ad leges indicationum sunt coërcenda & mitiganda.

## CAPUT LVII

diætã naturalem comprehendit.

**D**IÆTA est, sine quâ medicamenta nihil prosunt. *Galenus de usu theriacæ ad Pamphilianum, εδέν εἶπας εἶναι ἐν ἰατρικῇ βοήθειã, τὸ τὴν ἐξ αὐτῶν γινομένην ὄνησιν δύνασθαι ἐπιγαγεῖν, ἢ ἀντιπραττόμενον ὑπὸ τῶν κατὰ διαίταν, ἢ μὴ συνεργούμενον. Nullum tam efficax remedium medicina habet, quod solitum auxilium afferre queat, si ei victus vel resistat, vel non adjuvet.*

**NATURALIS DIÆTA VICTUS FORMAM** ratione speciei considerat, & tenuem secundum suos gradus præscribit. In extremè peracutâ febrî, quæ primis quatuor finitur diebus, tenuissimus à principio statim indicatur victus, secundum præceptum *Hippocratis i. apbor. 7. ὄκθ μὲν ἐν κατὰ π' νόσημα, ἀντίκα τὸς ἐσχάτους πίνυς ἔχει καὶ τῇ ἐσχάτως λεπιοτάτῃ διαίτῃ αἰαγκαῖον ἡρέσασθαι.*